

*hæc editio 7<sup>o</sup> est et eadem cum 6<sup>a</sup> holmiæ datâ anno 1748  
ab ipso auctore; præter per typographum cum nominibus ge-  
manicis et tab. VIII. vide rati-  
onem editionis XII<sup>a</sup>*

CAROLI LINNÆI

ARCHIATR. REG. MED. ET BOT. PROFESS. UPSAL. - XII<sup>a</sup>

# SYSTEMA NATURÆ

SISTENS

REGNA TRIA NATURÆ,

IN

CLASSES ET ORDINES

GENERA ET SPECIES

REDACTA

TABULISQUE ÆNEIS ILLUSTRATA.



---

CUM PRIVILEGIO S. R. M. POLONICÆ AC ELECTORIS SAXON.

---


Secundum sextam STOCKHOLMIENSEM emendatam & auctam  
editionem.

---

L I P S I A E,

IMPENSIS GODOFR. KIESEWETTERI.

1748.



28. STANNUM. *Metallo* albo, malleabili,  
flexili, levissimo, tenaci,  
fridulo.

*Igne* ante candescentiam liquabili  
*Vitro* luteo.

*Solutione* aqua regia lutea.

1. STANNUM *crystallis pyramidatis irregularibus*  
*nigris.* *Zinngraupe.*

Stannum polyedron irregulare nigrum. *Gron. sup. 10. n. 31-41.*  
Stannum ferro & arsenico mineralisatum, minera crystallisata figura  
polyedra diverso colore. *W. 302.*

Locus: Cornwall Angliæ, Persberg Sveciæ in ferro marmoris.

Constat crystallus figura tessulara vix explicanda; in Persbergenfi,  
quæ minutissima, constat crystallis (Tab. 7. f. 6.) planis trian-  
gulis duodecim, unde figura nitri exurgit absque columna,  
sed in utraque pyramide duo latera opposita sunt latiora, hinc  
apice quasi cuneiformis fit tessula, adeoque a ferri crystallo  
distinctissima.

2. STANNUM *crystallis columnaribus nigris.*  
(*Skörl.*)

Corneus crystallisatus prismaticus, lateribus inordinatis. *W. 139.*

Locus: Angliæ, rarius Sveciæ.

Constat crystallo columnari oblonga, lateribus rectis sæpe striatis,  
hinc figura naturalis difficile extricatur. Possideo unicum crys-  
tallum, lateribus omnibus perfectam (Tab. 7. f. 18.) figura  
fere nitri, sed prisma enneaëdro, lateribus tribus inter se  
æqualibus semper latioribus, apicibus vero omnibus obtuse  
triquetris ex rhombis.

3. STANNUM *crystallis tessulatis rubicundis.* *mines d'Etain.*  
*Zinngranate.*

Stannum polyedron regulare purpurascens. *Gron. sup. 10. n. 42. 43.*

Gemma plus minus pellucida, duritiæ octava, colore obscure rubro,  
in igne permanente lapide liquecente. *W. 120.*

a. Granatus dodecaëdros ex planis pentagonis. *Kabl. 30. f. 25.*  
*v. tab. 7. f. 16.*

b. Granatus dodecaëdros ex rhombis. *Kabl. 30. f. 26.*

c. Granatus icotessaroëdricos ex rhombis. *Kabl. 32.*

Locus: c frequens in Alpibus Lapponicis inter saxum micaceum.

a. rarior b. rarissimus.